

Oostbroek breidt zijn bezit uit. 1133.

De terra Heynscoten (bij Woudenberg), 1133

In nomine Sancte et Indiuidue Trinitatis. Omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris notum sit, quod ego Andreas Dei gracia Traiectensis ecclesie humilis minister,

compatiens inopie fratrum qui sunt in Noua Bethlehem, eo quod viderem humiliatum in laboribus cor eorum, volensque tenuitatem eorum pro posse meo reficere, tradidi eis terram cum lignis fructuosis siue infructuosis, que dicitur Hengescoten,

a decimis, a censu, denique ab omni exactione liberam. Potestatem etiam, que vulgo dicitur werscap, omnimodis eandem quam circumiacentes terre habent in pratis vel in silua, que dicitur Westerwolt, secundum suam quantitatem, pariter habere concessi et dedi.

Quapropter procellas nostras statuatur in auram et deducat nos in portum voluptatis sue qui diues est in misericordia. Data anno dominice incarnationis millesimo centesimo xxxiiij, episcopatus mei iiij, indictione ixa, presentibus testibus hijs Harberto preposito, decanis Lubberto, Wichardo, Arnoldo, laicis Arnoldo, castellano, Alfero, Wychero, Ghijsselferto, cum pluribus alijs, regnante rege seculorum.

Vidimus Heynrici abbatis sancti Pauli Traiectensis 1347, feria tertia proxima post festum trinitatis.

De Geer, J. J. de, 'Oorkonden betreffende tot de abdij van St. Laurentius en het vrouwenklooster te Oostbroek. De Vroucloister', in: *Codex Diplomaticus Neerlandicus. Verzameling van oorkonden, betreffende de vaderlandsche geschiedenis*, Tweede serie, vierde deel, tweede afdeeling (Utrecht 1860) pp. 7v.